

Bucerus in
libro Acto-
rum Ratis-
bon. pag.

43. *Bucerus certè, hac in parte vobis posthu-
mis candidior, lapsum agnovit, & seriò fuit de-
testatus phrasin istam Articuli quarti: Ea fides bon.* 85.
*iustificat, quæ per charitatem est efficax
sic explicans: Verbum (efficax) tolli debet
aut ita declarari, ut intelligatur de fiducia
apprehendente misericordiam propter
Christum promissam, & erigente perter-
refactas mentes.*

44. *Atqui verò tantùm abest, ut hanc expli-
cationem in Confessione civitatum quis reperiatur,
ut capite sequente quinto isthac verba expressè le-
gantur: Renovatio & restitutio hominis,
quæ sit & consistit per fidem, declaratur.
PERFECTAq; sic operibus charitatis.
Et mox: Nunquam perfectè beatus effici-
tur homo, nisi per Christi Spiritum cò per-
ducatur, ut NVLVM penitus ei desit
bonum opus, ad quod est creatus.*

45. *Hæc sunt pulchella illa Emblematæ, quibus
egregia illa quatuor Civitatum Confessio, & in
eo quidem articulo, in quo communem nobiscum
contra Pontificios sententiam tueri debebat, tam
pulcrè fuit exornata. Mirum profectò, ni vel
tandem Sacramentarios illius pudeat pigeatq;*

46. *Auctarij vice; si vacat, illam eiusdem Bu-
ceri epistolæ ad Comandrum scriptæ partem,
quæso expendant Sacramentarij: ubi discriè fate-
tur Bucerus se Lutherò & Lutheranis, ac proin-
dè eo-*